Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Philosophia eclectica Ettoniam - Cod. Ettenheim-Münster 297

Dehm, Benedictus

[S.l.], 1749-1750

Proemium

urn:nbn:de:bsz:31-130925

Visual Library

Metaphysica
seu
Prima Philosophia.
Proœmium.

Præmisso Disciplinarum Organo, quo Singulæ circà mãm sibi subjectam uti Solent, eam disciplinam nos aggredi par est, quæ intr cœteras facile principatum tenet, ut in ipsa pmo rglarum Logicarum usū ostendamus.

Hæc est pma Phlia, seu Scia generalis, et Phycæ generatim sumptæ pars pma, utpote quæ pmas humæ mentis notiones ac principia investigat, atque proinde, cœterarum quodamodo parens, eas omnes in se complectitur, iis principia suppeditat, et, quæ singulis ppria sunt effata, vel axiomata, è quibus suas petunt demonstrationes, expendit. Deinde tanta tamq; arcta est hujus pmæ Phliæ, seu Metphcæ cū Loa connexio, ut pma pars Logicæ eadē ac pma Metphcæ pars esse videatur: utraq; enim circà mentis ideas, primarve rerū notiones seu perceptiones est occupata: Quare ob hanc quoq; rationē Logica subjungenda videatur; ut, quæ naâ intr se se conveniunt, ordine pariter et tractandi Methodo consocientur.

Quod græcum Metphcæ nomen attinet, per illud eā phycæ partē intelligunt Phli, quæ res sursum positas (: id enim vox metphyca significat :) id est supra corporū naâ constitutas, seu res spirituales et à maâ comercio solutas prosequitur.

Res porrò duplici ratione à maâ secretæ et abstractæ sunt, scil. vel naâ suâ conditione, cujusmodi sunt substantiæ spirituales, ut Deus, Angelus, et mens hois, addunt aliqui Phli audaces quoq. brutorum animas, vel per mentis opus præcisione,

seu abstractione; nec non generatim, sive realibus quibusdam ideis concipiuntur.
Utroque modo eas contemplatur Metaphysica, unde et duae distinguuntur illius partes; prima Ontologia dicitur, atque circa Ens generatim illiusque affectiones per mentem abstractas versatur: Altera Pneumatologia nuncupatur, et agit de Spiritibus; de Deo scil: de Angelis, de mente humana &, quatenus scil naturalis ratio patitur. Metaphysica ergo recte definitur, Scientia Speculativa, quae circa Ens generatim, illiusque affectiones per mentem abstractas, Specialiter vero circa Substantias Spiritales, prout naturali ratione cognoscendas, occupatur. Definitio haec patet ex dictis, primo igitur de Ente generatim Spectato illiusque affectionibus per mentem abstractis; tum de Spiritibus Specialiter nobis tractandum est. Unde sit.

Pars Prima
Metaphysices.
Sive
Ontologia.

Quatuor Capitibus ea, quae in hac prima parte de Ente generatim illiusque affectionibus per mentem abstractis disserenda nobis veniunt, absolvemus. In primo de Ente et modo Entis generatim. In 2do de attributis tum Enti ipsi, tum Entis modo communibus in 3. de attributis Soli Enti propriis. ac denique in 4to de primis notionibus, seu axiomatis, quae ex primis Entis generatim, attributorumque illius ideis sunt conflata, agemus.